HENRI V, Roi d'Angleterre, à Paris, le 3 Juin 1422.

(a) Lettres de Henri V, Roi d'Angleterre, par leſquelles il confirme diverſes conceſſions faites à l'égliſe de Sainte Marie de Poiſſy.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem. Pro parte dilectorum nobis in Chriſto Canonicorum & Vicariorum Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Poiſſy, *nobis datur intelligi quod inter alia ad fundationem Eccleſiæ prædictæ & ipſorum collata, donati fuerunt & exiſtunt de omni decima in Portu* Secane, *de navibus euntibus & redeuntibus ibidem, nec non de redditu decem librarum Pariſienſium ſuper Portu de* Meſons *ſuper* Sayne, *in medio quadrageſimæ ſingulis annis percipiendarum, prout in Literis donationum ſuper inde confectis in ea parte, coram nobis & Concilio noſtro exhibitis, plenius apparebat. Aſſeruntque prædicti Canonici & Vicarii quod a tempore donationum hujuſmodi, in tempus quo, divino nutu,* Ducatum *noſtrum* Normanniæ, *& alias partes in Regno Franciæ nobis ſubjectas, conquiſivimus, ipſi & eorum Prædeceſſores, prædictos decimam & redditum perceperunt & habuerunt, abſque impedimenti cujuſque vel contradictionis obſtaculo, liberè, pacificè & quietè; nobis humiliter ſupplicantes quatinus, pietatis intuitu, gratiosè providere dignaremur quod ipſi Canonici & Vicarii, eorumque ſucceſſores, decima & redditu prædictis gaudere poſſint & valeant ſicut ante. Nos igitur, eorum ſupplicationibus favorabiliter inclinati, de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & concedimus per præſentes quod prædicti Canonici & Vicarii & eorum ſucceſſores imperpetuum habeant & percipiant decimam & redditum ſupradictos, eiſdem modo & forma quibus ipſi & eorum prædeceſſores, eoſdem, ante conqueſtum noſtrum prædictum, habuerunt & perceperunt, ac prout & quatenus ipſi & prædeceſſores ſui decima & redditu hujuſmodi, a tempore donationum eorumdem, uſque & ad tempus dictæ conqueſtæ noſtræ, rationabiliter ſunt gaviſi: Mandantes, tenore præſentium, dilectis & fidelibus noſtris, Theſaurario noſtro generali* Normanniæ, *ac Præſidenti & Gentibus de Camera noſtra Compotorum ibidem, nec non cæteris Juſticiariis noſtris præſentibus & futuris, quorum intereſt, quod præfatos Canonicos & Vicarios, eorumque ſucceſſores, præſenti conceſſione noſtra, in forma qua prædictum eſt, uti & gaudere permittant, abſque moleſtatione ſeu impedimento quæcumque. In cujus, &c.* Teſte Rege apud *Pariſ.* iij. die Junii.

Per ipſum Regem.

NOTE.

(a) Recueil de *Rymer*, Tome IV, part. IV, p. 67, col 2.
Avant ces Lettres, il y a: *Pro Canonicis de* Poiſſy.
Et à la marge: *Ann. D. 1422. an. 10. H. 5. Norm. 10. H. 5. m. 19.* Voy. l'Avis qui eſt ci deſſus page 86.

CHARLES VI, à Paris, le . . . Juin 1422.

(b) Lettres de Charles VI, pour décrier toutes les eſpèces de monnoye blanche, de plus grand prix que de deux deniers tournois la pièce.

CHARLES, par la grace de Dieu, Roy de France, au *Prevoſt* de *Paris* ou à ſon Lieutenant: Salut. Comme par noz autres Lectres Nous ayons n'agueres ordonné faire faire en noz Monnoyes, Blancs-Deniers ayans cours pour ij. deniers tournois & pour j. denier tournois la piece, & deffendu que nul de quelque eſtat qu'il ſoit, ne ſoit ſi hardy de prandre ou mectre en fait de marchandiſe ou autrement, aucunes autres monnoyes blanches, pour quelque pris que ce ſoit, neantmoins il eſt venu à noſtre congnoiſſance, que en aucunes Villes de noſtre Royaume, a pluſieurs Marchans & autres, qui prennent & mectent toutes noz monnoyes blanches pour tel pris que bon leur ſemble; qui eſt contre les Ordonnances par Nous faictes ſur le fait de noz monnoyes, & ou grand prejudice de Nous & de la choſe publicque, & ſeroit encores plus ſe brieſvement n'y eſtoit pourveu de remede. Pourquoy Nous vous mandons, commandons & eſtroictement enjoignons, que par tous les lieux de voſtre

NOTE.

(b) Regiſtre *E* de la Cour des Monnoies de *Paris, fol.* 11 vingt 12, *recto.* [232.]

Prevoſté, acouſtumez à faire criz, vous faictes derechef tantoſt crier & publier ſollenſpnellement, que nul de quelque eſtat qu'il ſoit, ne s'entremecte de prandre, mectre ou allouer, en apert ou en couvert, en fait de marchandiſe ou autrement, pour quelque pris que ce ſoit, aucunes monnoyes blanches quelles qu'elles ſoient, fors ſeulement les Doubles de ij. deniers tournois, & les Petiz tournois ayans cours pour ij. deniers tournois & pour j. denier tournois la piece; & toutes autres monnoyes blanches de plus grant pris que de ij. deniers tournois la piece, quelles que elles ſoient, ne ſoient prinſes ou miſes pour quelque pris que ce ſoit, fors au marc pour billon; ſur peine de perdre toutes icelles monnoyes que l'en trouvera eſtre prinſes ou miſes, & d'amende à noſtre voulenté. *Donné à* Paris, *le* * ... *jour de Juing, l'an de grace mil iiij.^c xxij.*

CHARLES VI, à Paris, le ... Juin 1422.

* *La date du jour eſt omiſe dans le Regiſtre.*

CHARLES VI, à Paris, le 27 Juillet 1422.

(a) Lettres de Charles VI, portant que les comptes des Tailles de la Ville de Tournus, ſeront rendus en la préſence de l'Abbé de Tournus.

KAROLUS, *Dei gratiâ Francorum Rex,* Baillivo Matiſconenſi, *aut ejus locum tenenti: ſalutem. Pro parte dilecti noſtri Abbatis Monaſterii Regalis* Trenorchienſis *(b) Nobis fuit expoſitum, quòd cùm ipſe habeat in Villâ* Trenorchienſi, *omnimodam Juridictionem, altam, mediam & baſſam in & ſuper Burgenſes & habitantes dictæ Villæ; & ad cauſam dictæ ſuæ Juridictionis ad ipſum pertineat audire computa de taillis & collectis in dictâ Villâ factis, & delinquentes punire, & ad emendam trahere, ac etiam compellere Receptores ad reddendum ad opus publicum dictæ Villæ ſummas reſtantes; & circà hoc providere prout decet: nihilominùs quando dictus exponens, circà id pro debito juſticiæ ſuper hoc providere voluit, prædicti Burgenſes & habitantes, ſeu Collectores & receptores dictarum tailliarum, computum ſuper hoc reddere coràm ipſo contradixerunt & contradicunt, aſſerentes ſe coràm vobis computum reddiſſe. Si verò coràm vobis evocentur, prætendunt cognitionem dicto exponenti & ſuæ Juridictioni ſpectare; & non coràm vobis; & ſi per ambages evadere nituntur, in grande dammum, præjudicium & enervationem Juriſdictionis ejuſdem exponentis, ſicut dicit, quocircà noſtræ proviſionis remedio ſuper hoc implorato, vobis mandamus diſtrictè injungendo, quatenùs ad cognitionem auditionis dictorum computorum non procedatis, nec vos intromittatis abſque evocatione & præſentiâ exponentis prædicti & ſuorum Officiariorum, ac ipſis debitè primitùs vocatis & auditis, cùm aliàs eius Juridictio enervaretur, quam Juridictionem nolumus in aliquo enervari. Quia ſic fieri volumus, & exponenti prædicto concedimus, de gratiâ ſpeciali, per præſentes: Litteris ſubreptitiis in contrarium impetratis vel impetrandis nonobſtantibus quibuſcumque.* Datum *Pariſiis* 27 die Julii, anno Domini 1422 & regni noſtri 42. *Per Regem ad relationem Conſilii.* DE FERREBONT. *(c)*

NOTES.

(a) Hiſtoire de l'Abbaye de *Tournus,* par *Pierre Juenin,* page 266 des Preuves.

(b) Abbatis Monaſterii Regalis Trenorchienſis.] L'Abbé de *Tournus* étoit pour lors *Louis* de la *Palu.* Voy. l'Hiſtoire de l'Abbaye de *Tournus,* page 208.

(c) On verra le nom de *Ferrebout* à la fin de pluſieurs autres Lettres imprimées dans ce Recueil. Il y a lieu de croire que c'eſt le même nom qui eſt écrit ici *Ferrebont.*